contumax,niſi ipſe dominus fuerit ſciens.

3 Contumax, ad hoc dominus vt dicat̃,an ſufficiat generaliter
fuiſſe iniunctum procuratori.

4 Procuratoris delictum quãdo noceat domino,vt contra eum
detur exceptio vel actio.

5 Procurator qui elegit calumnioſam liteȝ nomine domini,⁊ ſuc
cubuit,ipſe ⁊ non dominus,in expenſis condemnabitur,niſi ha
beat ſpeciale mandatum.

6 Tutoris contumacia quando noceat pupillo.

7 Tutor qui egit litẽ calumnioſam, poteſt ſolus in expenſis ꝯdẽ
nari.

a §.Si procurator.[a] Hec eſt tertia pars ĩ qua ponuntur perſone,que pñt
puniri ꝑꝑ inobedientiã,⁊ breuiter hoc intẽdit. Ille q eſt in iu
dicio noĩe alieno,puniet̃ ꝑꝑ ſuã inobedientiã,nõ dñs.¶Item
hoc edictũ hȝ locũ ꝯ actorẽ ⁊ reũ.hoc đt.No.ꝙ cõtumacia.vel
inobedientia procuratoris nõ nocet dño.¶Scđo nota,ꝙ con
tumacia tutoris,vel curatoris,non nocet pupillo, vel adulto.
Ad primũ opp.⁊ videt̃ qđ ꝑꝑ cõtumaciã ꝓcuratoris,fiat miſ
ſio in poſſeſſionem ꝯ dñm,vt C.de ꝓcur.l.eũ qui res.⁊ C.đ dig.
l.quoties.¶Itẽ culpa procuratoris,nocet dño,vel l.eũ qui.ſi.
ĵ.cõmo.¶Itẽ ſi ꝓcurator nõ defendit,cõmittit̃ ſtipulatio con
tra dñm,vt l.ſi defunctus.cum l.non cogendũ.§.Sabinus.ĵ.de
1 procur.Pro huius†ſo.dicunt quidam,ꝙ contumacia procura
toris nocet dño in his,que reſpiciunt proceſſum iudicij non in
alijs extrinſecis,vt circa impoſitionem mulcte,vt hic.Et ita vi
det̃ ſentire Inno.extra vt lit.non cõteſt.c.j.⁊ Doct.in d.l.euȝ q
res.de procur.Tu pro huius declaratione ſcias, qñ dicat̃ con
tumacia procuratoris.Ad qđ aduertendum eſt qđ contuma
cia in non faciendo,de qua loquimur,nil ponit, ſed meram pri
uationem ſignificat.Vñ contumacia đꝛ radicari in illo, cui in
cumbebat aliqd facere,⁊ ideo ſi dominus aliquid deberet face
re,⁊ ipſe mittit procuratorẽ qui non faciat,non đꝛ contumacia
procuratoris,ſed domini,reſpectu cuius erat faciendu ȝ.Tex.
eſt infra mand.l.ſi procuratorem.§.ſi tutores.Pro hoc qđ di
cimus in l.cum filius.§.in hac infra.de verb.oblig.Sed quan
doqȝ pater promiſit ad diem lȝ dies venerit in perſona pupil
li,nõ đꝛ cõtumacia pupilli,ſed defuncti,vt ibi de hoc dixi.Di
b co ergo[b] qđ ſi aliqd iniunctum,vel preceptũ eſt domino, ⁊ ipſe
mittit procuratorem,q nõ facit iſtud,nocet dño, qꝛ eſt in con
tumacia dñs,non procurator,vt dictis ll.Et ſic loquitur infra
de arbi.l.non diſtinguemus.§.ſi dom ini,⁊ qđ ibi nota. tñ ſi hic
procurator hoc non fecit,ꝑꝑ caſum excuſaretur dominus ſicut
ſi in perſonam ipſius ille caſus euenſſet,vt C.qui pe. tu.l.cum
c a matribꝰ.⁊ extra de pig.c.ſignificante.Quãdoqȝ[c] aliquid in
iungitur procuratori,⁊ nõ domino,⁊ ꝓcurator nõ eſt obediẽs
tunc qñqȝ conſtat quod iſta inobedientia cadit in delictũ,⁊ tũc
in his que ſunt parui preiudicij,vt circa miſſionẽ in poſſeſſionẽ
ex primo decreto,contumacia procuratoris nocet domino , vt
dicta l.eum qui res.de procu.⁊ C.de dignita.l.quoties. Circa
ea que ſunt magni preiudicij,vt circa mulcte impoſitionem,nõ
preiudicat domino,vt hic nec circa miſſionem ex ſecundo de
creto,vt infra ſi ex noxal.cã aga.l ſi cum vſufructuario,⁊ infra
de dam.infec.l.hoc amplius.§.ſi.cũ l.ſeq.vbi ex cõtumacia fru
ctuarij qui eſt procurator dñi ꝓprietarij , nõ poteſt perueniri
ad ſm decretum cõtra dñm,vt in qualibet earum dixi. Predi
cta vera,niſi dominus fuerit ſciens , ⁊ negligens in purgando
contumaciam illam,vt C.de erog.mili.an.l.ij.li.x.C.de falſ. mo.
l.j.⁊ extra vt lit.non conte.c.j.in ſi. Sic intelligo infra de ꝓcur.
l.non ſolum.in prin.vbi ſi procurator fuerit contumax ĩ rñden
do,teneatur ipſe,nõ dominus,niſi fuerit ſciens,⁊ negligẽs.Si
d vero non eſt certum cõtumaciã ꝓcuratoris[d] cadere in delictũ,
e tunc nocet[e] dño,vt ſi omiſit appellare intra decẽ dies. Pote
rat enim eſſe,qđ expediebat domino ſic fieri, vt l.j.in ſi.quando
appel.ſit.Item ſi procurator fuerit negligens in producendo
teſtes,⁊ alias probationes intra terminũ.Potuit eniȝ eſſe,ꝙ
dominus non habebat,tunc tamen ſi ꝓcurator hoc malitioſe fe
cit,ſuccurritur dño ſm formam l.⁊ eleganter.§ pe.⁊ quod ibi
2 no,infra de dolo.¶Et ex ꝓdictis†poſſunt ſolui multe qõnes.
Primo ꝓcurator fuit vere cõtumax.an propter hoc dominus
repellat̃ ab appellando?Certe nõ,qꝛ conſtat ab initio cõtuma
ciam eſſe delictũ,⁊ eſt res magni preiudicij, niſi dominus fue
rit ſciens ⁊ negligens,vt ex ꝓdictis patet,⁊ hoc tȝ Inn. in d.c.
j.vt lit.nõ conteſt.lȝ non inducatur per iſtum modum.Sȝ cir
3 ca predicta†dubitatur,vtrum ad hoc dicatur contumacia do
mini ſufficiat ꝓcuratori iniunctũ eſſe generaliter , vt ſi dominꝰ
fuit citatus vt veniret ad iudicium,⁊ ad litigandu ȝ, miſit vnũ
procuratorem q cõteſtatus eſt litẽ. Poſtea in articulo aliquo
ipſi procuratori iniunctum fuit inobediens,an propter hoc cõ
demnabitur dñs in expenſis? Inno.videtur dicere qđ ſic, vt
dicto c.primo,vt lit.non conteſta. licet non poſſet mulctari, vt
hic.Sed iſtud dictum ſuum videtur cõtra iſtũ tex.in ſi.l.qꝛ pa
riter procedit iudiciũ ad expenſas,⁊ intereſſe ꝑtis ſiue ad mul
ctã.Preterea ſicut in generali mandato omniũ bonorum , non
venit aliquod delictũ,vt l.ſi procurator.ĵ.de condi.indeb.⁊ l.ſi
pater.ĵ.que in frau.credi.ita in mandato vnius cauſe, non ve
nit contumacia in vno articulo. Puto igit̃ qđ bñ poſſet iudex
propter contumaciam procuratoris,non audire partẽ,niſi re
ficiat expenſas,ſicut mittere in poſ.ex primo decreto,nõ auteȝ
ꝯdemnare partẽ vel exigere ab eo.Facit quod infra dicã in ꝓ
curatore,qui fuit inobediens in male faciendo.¶In ꝓcedenti
vidimus,qñ contumacia procuratoris noceat domino,verum,
qꝛ põt eſſe qđ procurator non obtemperat iudici,alio modo ꝙ̃
ꝑꝑ contumaciam,vt faciendo aliud ꝙ̃ debeat, vtrum delictum
procuratoris noceat domino?Et iſta queſtio eſt duplex.Pri
mo an domino noceat,vt cõtra eum ex facto procuratoris det̃
exceptio.Secundo an domino noceat vt contra ipſum ex facto
4 procuratoris poſſit agi.Ad primũ†dic. Aut procurator deli
quit anteꝙ̃ eẽt procurator, vel in negotio in q̊ procurator non
erat ⁊ domino nõ preiudicat,vt l.ſi procurator.la ij.ĵ.de dol. ex
cept.Aut deliquit poſtꝙ̃ erat procurator,vt in negotio,ĩ quo
procurabat ⁊ tunc aut erat procurator ad iudicia,aut ad nego
tia.Si ad iudicia,⁊ tunc aut deliquit ante litem conteſtatam, ⁊
contra dominum non poteſt excipi, aut poſt litem conteſtatam
⁊ tunc contra dominum poterit excipi.Si vero erat procura
tor ad negotia,⁊ tunc indiſtincte poterit contra dñm agentem
excipi de dolo cõmiſſo per procuratorem eius,in illo negotio ,
vt l.apud Celſum.§.queſituȝ.ſcđo.⁊ §.ſeq.infra de dol.except.
f vbi hec diſtinctio probatur in tex.Ad ſecundum[f] vtruȝ ex de
licto procuratoris,poſſit dominus cõueniri?Dic quãdoqȝ ꝓ
curator facit aliquid qđ certum eſt eſſe delictũ , ⁊ tũc dño non
ꝓiudicat niſi habeat ſpeciale mãdatũ,vel ratihabitione ſequu
ta,vt hic,⁊ l.ꝓma.§.quoties.⁊ § deieciſſe.de vi ⁊ vi arma. Aut
eſt certum qđ non eſt delictum,ſed eſt alias punibile,⁊ idem,vt
l.iij §.ſi procurator.ſupra titu.j.Aut eſt tale factum,quod põt
eſſe delictũ,⁊ non delictũ,vt rñſio facta vni poſitioni, vel inter
rogationi,in qua poteſt eſſe delictum,ſi eſt mendaciuȝ,⁊ poteſt
non eſſe delictum,ſi eſt verũ,⁊ tunc domino preiudicat , donec
probetur ꝯrium,vt l.nõ ſolum.in principio.ĵ.de procur.⁊ infra
de confeſ.l certum §.ſed an ⁊ ipſos,⁊ quod ibi no. Aut eſt aliđ
factũ quod in delictum non cadit,⁊ tunc dño preiudicat,ſi ha
bet ſpeciale mandatum vel generale cũ libera , vt l.procurato
5 ris.in prin.⁊ qđ ibi no.de tribu.Ex predictis†concluditur qđ
ſi procurator nomine domini egit calũnioſam liteȝ,⁊ ſuccubuit
⁊ ſic ꝯſtat qđ eſt delictũ ipſe procurator dȝ condennari in ex
penſis,non dominus,niſi habeat ſpeciale mandatum,qꝛ dñs in
dubio hoc mandaſſe nõ videtur,vt l.ſi ꝓcurator,in princ.infra
de condi.indeb.Et ita determinauit Papa Clemens,vt refert
Spe.in tit.de execu.ſen.§.ſequitur.ver.ſed quid ſi procurator.
Do tibi caſum.C.de adminiſtratione tutoruȝ.l.non eſt ignotũ.
6 Vidimus de procuratore.[g] videndum eſt de tutore,de quo lo
g quitur tex.iſte.Circa primũ ſcilicet an contumacia tutoris no
ceat pupillo,dicas vt dixi ſupra in procuratore per eaſdẽ rõ
nes ⁊ leges.An autem aliud delictum tutoris noceat pupillo,
dicas ſic.Aut deliquit extra negotia pupilli,⁊ nõ nocet pupil
lo,vt l.neqȝ in interdicto infra de reg iur.⁊ qđ ibi no.Aut gerẽ
do negotia pupilli,⁊ tunc aut tutor colludebat cũ aduerſario,
⁊ nõ preiudicat pupillo,vt l meminerint.C.vnde vi.licet quidã

glo. ibi poſita in verbo colluſio, videatur deſtruere velle iſtum tex. Aut nõ colludebat, ⁊ tũc aut pena non põt cadere in tutorem, ſicut in pupillum, ⁊ p̄iudicat pupillo, vt l. Polla. C. de his quib. vt indi. C. de ſacroſanctis eccle. l. iubemus nullam nauem. Aut põt eque cadere in tutorē, ⁊ in pupillum, ⁊ tunc tenet̃ tutor, ⁊ pupillus, ſed cedendo actionem ꝯ tutorem liberatur, vt infra de euic. l. illud. §. i. ⁊ l. i. §. hoc edicto. ne vis fiat ei, ⁊ ſi quis omiſ. cau. teſt. l. ſi dolo. ⁊ ĩ. de adminiſtratione tutorũ. l. fi. q̃ lex determinat omnes alias. Et ex his apparet, qd ſi tutor egerit litem calumnioſam. qd ipſe põt ꝯdemnari in expenſis ſuo nomine. Caſus eſt in dicta l. non eſt ignotum. Poterit etiam cõdemnari pupillus, vt l. qui ſolidum. §. etiã. ĩ. de leg. ij. tñ videt̃ ꝙ pupillus cedẽdo actionẽ liberat̃, vt d. l. fi. de adminiſtratiõe tuto.

ADDITIONES.

a ¶ Si procurator. Circa reg. que colligit̃ ex iſto tex. ꝙ in generali mandato, nõ venit illud ꝑpter qd dominus poſſet incidere in penã, vide late Fely. in c. i. extra vt lit. nõ cõte. late etiã ponit an ⁊ qñ cõtumacia, vel negligẽtia procuratoris, nocet domino, ⁊ ibi ponit, an ⁊ qñ cõfeſſio ꝓcuratoris noceat dño, ⁊ p iſtã reg. vide ſing. deciſio. quã ſcripſi in l. ab executione. ĩ. de app. qd in appellatione ab executione, requirit̃ ſpeciale mãdatum q̃ dñs poſſit incidere in penã. vide etiã ibi pro limitatione tamen huius regule vide Pau. de caſt. conſi. ccxij. Item qd ſi ſequat̃ ratihabitio in his que requirunt ſpeciale mãdatũ, an ſatis ſit. vide ad Bar. in l. ſi procurator. ĩ. de cond. inde. q̃ gl. videt̃ voluiſſe, qd non, vide etiã Fely. de quo ſ. ⁊ Iaſ. in d. l. ſi procurator. vbi etiam tãgit, de regu. predicta, ponit octo limitationes. Itẽ ꝙ poſſit ea que ſunt ſolita fieri, vide Fely. vbi ſ. Alex. in apoſtilla in l. ſolutum. §. fi. ĩ. de pigno. act. Iaſ. hic. Item ad regu. ꝙ in generali mandato, non veniat illud qd mandans de iure vel de honeſtate non feciſſet vel facere non potuiſſet, vide Com. cõſil. xvj. Item qd licet non veniat dolus in generali mandato, tamẽ tenetur dominus ratificare doloſe geſta, vide Iaſ. in l. ſi procurator. prope fi. C. de procur.

b P. PAV. P. ¶ Dico ergo. Vide Cep. cautel. ſeptima.

c AND. BARB. ¶ Quandoq̃. Sed ſi mulcta eſſet leuis preiudicaret. Ita tenet Ant. in c. i. vt lit. non cõteſt. ⁊ Sali. in l. iij. C. de proc. ⁊ ſequitur dom. meus prealleg. c. i.

d P. PAV. P. ¶ Contumaciam procuratoris. Vide oſno, que habes ad Bar. in ver. notificatio. Itẽ circa illd dictũ eſt, ꝙ poſſit ſolita facere, vide late per Bar. in c. ꝙ tranſlatione. de offi. leg. ⁊ alia q̃ habes ad Bar. in l. ſi. C. de fideiuſ. vide aliqua p Barb. in c. i. de preca. ⁊ latius in c. ij. eo. tit. Itẽ circa illud qd nõ poſſit procurator ea facere propter que poſſet dominus incidere in penã, qño intelligatur. Vide Alex. in l. de pupillo. §. q procuratorio. de ope. no. nun. ⁊ Iaſ. ibi in fi.

e POMA. ¶ Nocet. Vide Barb. conſi. xlvj. ij. volumi.

f AND. BARB. ¶ Ad fin. Quod eſt verum ſm Iaco. de Aret. qui in hoc fuit in ſingulari opi. quando aliquid ponit̃ ad ratificandum, puta poſſeſſio, ſed ſi nihil peruenit nõ operat̃ aliquid tunc ratihabitio, patet, q̃ ꝙ non eſt aliquid, nõ poteſt ratificari, facit gl. fin. in l. i. §. quoties. de vi ⁊ vi arma. tamen in ꝯtrariũ eſt caſus in capitu. cum quis. de ſenten. excommu. lib. vj. q̃ ſufficit ſatiſfactio domini.

P. PAV. P. ¶ Vidimus de procuratore. Vide que dt Alexan. in l. ſi ex legati cauſa. ĩ. de verb. obli. an propter impetrationem tutoris vel curatoris minor incidat in penã, de qua vide ẽt in l. polla. C. de his quib. vt indi. vide Imo. in l. qui Rome. §. coheredes. de ver. obli. in l. cum filius. §. in hac. eo titu.

1 ☞ Expenſe que veniunt rõne contumacie, debentur actione in factum ⁊ veniunt etiam damna. nu. 3.
2 Expenſe que veniunt rõne victorie, veniunt officio iudicis.
4 Actio ex hoc edicto oritur duplex vna parti ad intereſſe, alia fiſco ad penam.
5 Actio ex hoc edicto que datur, parti, datur propter verã cõtumaciam, non propter fictam.
Et an ex ficta contumacia non procedatur ad bannum. nu. 6.
7 Actio poſt ſententiam põt intentari ex hoc edicto.
8 Iudex ex ſuo arbitrio taxat expenſas, quando ei ꝯſtat qd aliqua ꝑtiũ ſtetit in curia ad expectãdũ aduerſariũ, q non venit.
9 Contumacia eſt delictum.

§. **Hoc iudicium.** Iſte §. eſt difficilis, ⁊ legitur multis modis ſm lect. magis communem, ⁊ magis vtilẽ. breuiter h. d. Ex hoc edicto oritur actio ad id, qd intereſt rõne cõtumacie, id eſt, ad penam applicandam fiſco. ⁊ iſta non datur poſt annum, neque in hr̃dem, h. d. Et ſm hoc iſte §. diuiditur in duas partes. ¶ Primo loquit̃ in pena applicanda parti. Secundo in pena applicanda fiſco. Secunda ibi, ⁊ cum merã penã. Iſte §. vt dixi, difficilis eſt multum. Et difficultas eius procedit a ſeipſo. Videt̃ enĩ in ſeipſo continere repugnantiã in duobus. ¶ Primo dicit, quod non detur ad id qd intereſt, ſꝫ quãti ea res eſt. Sed certe quãti ea res eſt, ⁊ intereſſe, eſt vnũ ⁊ idẽ, vt in l. inter hec verba. ĩ. de ꝟb. ſigni. iuncta l. ij. §. fi. ĩ. qui ſat. cogan. ⁊ ibi no. ⁊ in l. i. cum glo. C. de ſenten. que pro eo qd intereſt. perinde ergo eſt, ac ſi diceret, nõ datur ad intereſſe, ⁊ datur ad intereſſe. Et huius timore ſunt hic in prima glo. magna. tres lectu. Secunda contrarietas eſt, q̃ in prin. dt, quod datur quanti ea res eſt. ⁊ poſtea dicit, cũ meram penam contineat, ⁊ mera pena, ⁊ intereſſe ſunt omnino diuerſa, vt l. pen. §. i. ĩ. ne quis eum qui in ius voc. Et huius timore in hoc §. ſunt due lectu. que ponuntur in glo. ſuper verb. penam. Timore prime contrarietatis, legitur prin. §. i. modo. ſ. nõ datur ad intereſſe, ſcilicet totius cauſe, ſed ad intereſſe ratione inobedientie ſcꝫ ad ſumptus litis, quos fecit in aduocatis, ⁊ in aliis. Item propter damna rerum ſuarum, que poſſent contingi ex eo quod aduerſarius non paruit, ⁊ ſic no. duo. ¶ Primo
1 † quod expenſe que veniunt rõne contumacie, veniẽt in actione
2 in factum, vt hic. † Que vero veniunt ratione victorie, veniunt officio iudicis, vt not. in l. terminato. C. de fruc. ⁊ lit. expẽ. Alia gl. eſt in l. ſeueriter. C. de excu. tuto. ⁊ in l. ij. in fi. C. de decu. li. x.
3 ⁊ l. i. C. de exact. trib. lib. x. ¶ † Itẽ not. qd in expenſis rõne victorie, non veniunt niſi expenſe ratione litis tantum, vt l. oẽs in fi. C. de epiſ. ⁊ cler. l. ſancimus. ⁊ qd ibi not. C. de iudic. ⁊ not. in l. i. in fi. ĩ. de ali. iud. mu. cau. fac. tamen in expenſis ratione contumacie, veniunt omnia alia damna, vt hic no. in glo. de quo dic, vt dixi in d. l. i. de ali. iud. mut. cau. fac. Ad idem, oppo. de l. qui reſtituere. ĩ. de rei vend. ⁊ ĩ. de in lit. iur. l. in actionibus. Solu. gl. ꝙ põt puniri ad totum intereſſe propter inobedientiam. nõ per iſtam legem, ſed p alias. ⁊ hec eſt bona lectu. ꝙ poſui vobis in ſummario. Alij legunt ſecundo modo. ſ. non datur ad intereſſe ſingulare, ſed datur ad intereſſe commune totius cauſe. Gl. dicit, quod iſta eſt fatua expoſitio ꝙ pro vna ꝯtumacia quis puniatur ad intereſſe totius cauſe. Sed certe nõ eſt fatua, q̃ ille q ponebat iſtã lectu. intelligebat iſtũ verſi. ⁊ ver. ius dicenti, qd per hoc edictũ puniatur ſola inobedientia, que eſt in executione ſententie, ſed ſi illa lectu. eſſet vera, procederet iſta, ſ. illã reprobaui, ⁊ per ꝯſequens iſta non eſt bona. Tertio modo legit̃ omnino diuerſimode a precedentibus lectu. ſcꝫ quod hic nõ dicat̃ de actione q̃ dat̃ parti, ſꝫ de ea q̃ fiſco dat̃ ad penã, q̃ nõ dat̃ ad intereſſe, ſed quãti ea res eſt, hoc eſt in quãtũ iudex ꝯdemnauerit. Sed certe iſta eſt extranea expoſitio, ⁊ ꝯ d. l. inter hec verba ĩ. de ꝟb. ſigni. Tutius eſt ergo tenere primam. ¶ Venio ad ſcdam ꝯtrarietatem, cuius timore, qdã legũt iſtũ §. in qualibet ſui parte, in pena applicanda parti, que continet intereſſe, ⁊ cũ dt meram penam, intellige reſpectu ſoluẽtis, ſed eſt intereſſe reſpectu agentis. Iſta expoſitio eſt contra tex. in eo ꝙ dicit meram pe. qd innuit, qd ex vtraq̃ parte ſit penalis. Vnde Azo legit iſtum §. vt in prin. loquatur in pena applicãda parti. in ver. ⁊ cũ merã. loquitur de ea que applicatur fiſco. ⁊ ſic nõ ꝯtradicit ſibi, q̃ in diuerſis caſibus loquitur. Et iſta eſt ſatis cõmunis lect. ⁊ cõmuniter tenetur. ⁊ Rofre. tenet eam in libellis ſuis ſuper hoc tit. tñ non videtur vera. Tex. enĩ dicit, hoc iudiciũ, non hec iudicia, ⁊ ideo tertij legunt totum iſtũ §. in pena applicanda fiſco, vt colligitur ex tertia lect. ꝙ ſ. proxi. recitaui, timore precedentis contrarietatis. Sꝫ q̃ illa nõ eſt in ſe vera, ideo aliqui Moder. vt Ric. de Mal. ⁊ tangebat etiã Iaco. But. legunt iſtum § alio modo, quod totus §. loquatur in pena applicanda parti, tñ aliter ꝙ glo. legat. Debes enim ſcire, qd quandoq̃ pena imponitur inquantum intereſt, ⁊ eſt mera pena, vt dicam ĩ. ne quis eũ qui in ius voc. l. penul. §. i. Hoc p̄miſſo, hoc iudiciũ nõ datur ad id qd intereſt, ſed datur ad penã applicãdam parti, que continet quanti ea res eſt, ⁊ cũ ſit mera pena nõ datur poſt annũ, neq̃ in heredẽ neq̃ heredi. Iſta lectu. videt̃ verior, ⁊ magis de mente litere, tñ quia lectu. Azo. eſt antiquior ⁊ magis vſu approbata, teneamus illã, ⁊ minime ſunt mutanda
4 ⁊c. vt ſ. de legi. l. minime. ſm ꝙ lec. habes † ꝙ ex hoc edicto oritur duplex actio, vna parti ad intereſſe, alia fiſco ad penã. Ad primũ op. de l. ſatiſq̃. ĩ. ti. i. gl. mag. hic in fi. ſoluit ꝙ ibi nõ venit nõ tñ ꝯtẽnendo iudicẽ, ſꝫ ex aliqua cã, lꝫ forte non iuſta, hic cõ
* temnendo iudicẽ. * Vel dicas qd hic fuit perſonaliter monit⁹, ibi vero fuit citatus ad domũ. Et ex hoc dicebat Ric. de Mal.
5 qd actio † ex hoc edicto non datur parti niſi ꝑp veram cõtumaciã nõ ꝑpter fictã. Et ita no. in rub. ĩ. ti. prori. Ex qua ſol. ꝯclu
6 do † qd cũ bãnũ dicat̃ mulcta, vt l. i. §. qd ergo. de ven. inſpi. cuꝫ gl. qd ex ficta cõtumacia nõ proced. ẽ ad bannũ, de quo banno ſit mentio in l. i. in prin. ĩ. de admi. tu. C. de ſuſpec. tu. l. p̄ſes. Ad ſm etiam oppo. ꝙ iſte tex. innuit, qd ad iſtã agat̃ coram iudice cui non eſt paritũ, vt in prin. l. Sꝫ ſi ageret̃ nomine fiſci, deberet h̃ fieri corã ꝓcuratore Ceſaris, vt l. iiij. C. ſi aduer. fiſ. ⁊ l. ij. ⁊

l.ad fiſcum.C.vbi cauſe fiſcales.Huius timore,oportet te dice re alterũ de duob⁹,vel qđ dicam⁹ ꝙ actio daṫ fiſco,hoc eſt accu ſatio ꝯpetit parti,ad fiſci vtilitatẽ,⁊ ſic poterit agi corã iudice cui nõ eſt paritũ,vt d.l.ij.vbi cauſe fiſca.Uel dicas,ꝙ ſit actio, ꝗ põt agi corã iudice,cui nõ eſt paritũ,ex ſpãli ꝯceſſione facta, in ꝓn.hui⁹ l.⁊ erit iſta actio popularis,ſicut in l.ſi ꝗs id qđ.ſ. de iuriſ.om.iud.Habebit aũt hoc plus,q2 licet per alias actio nes populares,pena applicetur parti,vt l.ſi cui.ſ.de ver.ſig.h applicabiṫ fiſco,q2 forte ſi erat expreſſuʒ in edicto ſic,poſſum⁹ ſuſtinere.Alia tñ ſol.qđ hic de accuſatione loquaṫ,magis plʒ.
7 ¶Ultimo quero,†vtrũ poſt ſñiam poterit intentari actio ex hoc edicto ad intereſſe ad penam? Et videtur quod nõ,vt C.de fruc.⁊ lit.expẽ.l.terminato,ꝯ2ium dicas,q2 ibi loquitur in ex‑ penſis que veniunt tñ officio iudicis mercenario, hic de his ꝗ
8 pñt peti iure actionis ꝓꝑ inobedientiã.¶†Quero iudici cõ ſtat,ꝙ ego ſteti vno menſe in curia ad expectandũ aduerſariũ ꝗ ꝓꝑ cõtumaciã nõ venit vtrũ habebo neceſſe ꝓbare quãtũ ex‑ pendi in curia,vel iudex poterit hoc taxare ex ſuo officio.Rñ. poterit ex arbitrio ſuo officio.Caſus ẽ i l.nõ ignoret.C.de fru.
9 ⁊ litiũ expen.†Diciṫ in gl.ſuper ver.merã penã,ꝙ iſta actio,in hr̃des nõ daṫ,q2 ex delicto.Ex quo no.qđ ꝯtumacia ẽ delictũ. Similẽ gl.habes in l.ſi filius.la j.in ꝓn.ſuꝑ verbo,ſuccurrẽdũ eſt.ſ.de inter.actio.que facit ad queſtionẽ đ ſtatuto qđ đt,ꝙ bã nitus ex delicto poſſit impune offendi,nunqđ ſi ſit bãnitus ex contumacia habeat locũ ſtatutũ? De qua q̃one vide vt ſcripſi in l.j.ver.item dicũt,de in litẽ iuran.C.de cri.ſtel.l.j.⁊ ibi ꝑ Cy.

ADDITIO.

✱[CLAVD.¶Iudicem.Et iſtam gl.multum no.⁊ đt ſingulare Bal.in l.deberi.C.de fideicom.liber.

---

a De in ius vocando.[a] Rubr.iiii.

ADDITIO.

a ¶In rub.Et vide Ang.in l.denũtiaſſe.ſ.de adult.ad qđ alleg. Bar.ĩ hac rub.And.Barb.adde poſt Iaſ.inquãtũ đt,qđ acto re nõ cõparẽte circũduciṫ edictũ,⁊ actore ꝯparente ⁊ rei cõtu maciã nõ accuſante,vel recedẽte abſqʒ iudice,circũduciṫ cita‑ tio,ꝑ ea que notabi.voluit Pe.de anc.ꝯſi.xcvi.vbi fortius vo‑ luit,ꝙ ſtãte ſtatuto ꝙ citatus nõ cõparẽs,habeṫ pro ꝯtumace ⁊ bãnito,ꝗ ad miſ.in poſ.ex ꝓmo decreto,ꝙ ſi actor comparet, ⁊ accuſat rei cõtumaciam,⁊ illicentiatus recedat ꝙ reus nõ dʒ haberi pro contumace,nec bannito.

LEX PRIMA.

1 ☞Iudicium ſine citatione nõ procedit,niſi litigator volunta rie ſe preſentet in iudicio.

In ius vocare. ¶Quero vtrũ offerre libellũ ſit vo‑
1 care in ius? dic vt in glo.¶†Quero,vtrũ iudi
a cium ſine citatione[a] procedat.Uidetur qđ nõ, vt inſtitu.de pena teme.lit.ſ.ſi.Doc.dicunt ꝙ ſi
b quidẽ litigator eſt preſens[b] vult litigare,nõ eſt neceſſaria citatio regulr̃,arg.ſ.de teſta.l.hr̃des palã.ſ.penul. ⁊ q2 ſpãlis eſt.C.de ꝓxi.ſac.ſcrin.l.hac lege.⁊ l.multis.de ꝓnc.
c agen.in re.l.b.xij.In ꝯ2ium eſt ius cõe[c] vt ſ.ad municip.l.j.ſ.đ legi.l.ius ſingulare.Sʒ ſi aliqs eſſet abſens ⁊ ꝯ eũ ꝓcederet,vl ꝯ pñtem inuitũ,tũc eẽt neceſſaria citatio,vel iuſſus iudicis qui hʒ vim citationis,Sic intelligiṫ ſ.ſi.Inſtit.de pe.te.li.⁊ l.ea ꝗ
✱ C.qñ ⁊ qñ iudex.ſ.de iudicijs.l.ad peremptorium.✱

ADDITIONES.

a ¶Sine citatione,Ita Ale.ꝯſi.xlj.vol.ij.videṫ velle Barto.in auṫ.ſi quis in aliquo.C.de eden.⁊ Dec.ibi verſi.circa materiã ponit multa ſingularia.Et i materia vide pulchre Bal.in l.nec quicꝙ.ſ.vbi decretum.ſupra de offi.procon.
b ¶Preſens.Et ꝙ preſens non ſit citandus,adde tu Are.in c. j.de iud.⁊ Lanf.in c.qm̃ ꝯ falſam.de proba.in ver.citationes, in prin Mar.Sozi in Rub.de dil.art.v.q.xvj.⁊ in concor.
c POMA.¶Ius cõe.Uide Alex.⁊ doc.l.de vnoquoque.de re iud.in prin.⁊ aliqđ ꝑ Fely.in c.j.ver.xiij.limita.de teſt.Are. c.j de iud.Imo.conſi.cxij.
✱ CLAV.¶Peremptorium.vide Bal.in c.plerunqʒ.de reſcri.

LEX SECVNDA.

1 ☞Conſul habet merum ⁊ mixtum imperium.
2 Maiores magiſtratus non pñt in ius vocari realiter,⁊ quan‑ do verbaliter.
3 Epiſcopus põt citari dum ſacra colit,vt ꝯpareat finito officio.
4 Monachi,⁊ eremite clauſtrales nõ poſſunt citari,ſed eorũ pre latus citabitur.
5 Preco tempore bannimenti nõ citatur realiter nec verbaliter, niſi vt compareat finito bannimento.
6 Uadens ad funus non poteſt in ius vocari,vocaṫ tamen vt fini to funere compareat.
8 Exiſtens in carceribus nõ eſt contumax,⁊ ſi citatur.

a In ius.[a] Hic enumeranṫ ꝑſone.que nõ pñt in ius vocari,⁊ hec lex ſeruaṫ de facto vt
1 iacet.¶†No.qđ hic innuiṫ qđ ꝯſul hʒ meruʒ ⁊ miſtũ imperiũ,vt l.j.ſ.de offi.cõſ.dic vt ibi.¶Scđo nota
2 †qđ maiores magiſtratus,nõ pñt in ius vocari.Quod intelli‑ ge de citatione reali.Idem in citatione verbali,ſcʒ ſi citaretur eo tꝑe quo gerit magiſtratũ,vt cõpareat in iudicio.Quod no. ſm diſtinctionem l.pars literarũ.ſ.de iudi,Et hoc tangit glo. Secus ſi citareṫ verbaliter,vt finito officio cõpareat reus,q2 poſſet,vt l.in tempus.ſ.de heredi.inſti.⁊ no.Doct.in l.ſi.de fer.
3 ⁊ no.in l.j.ſ.nũtiatiato.ſ.de noui ope nũti.¶Itẽ no.† qđ epi‑ ſcopus nõ põt citari ſeu vocari,dũ ſacra colit,qđ itellige,vt di xi,ſcʒ quod ꝯpareat tũc,ſed bñ põt citari tunc,vt cõpareat fi‑
4 nito officio ¶Itẽ not.†qđ monachi ⁊ eremite,qui nõ pñt exi‑ re clauſtra,nõ pñt citari.Sed tũc eoꝝ prelatus citabiṫ? Dicit
5 gl.qđ ſic,vt in auṫ,cã que ſit.C.de epiſc.⁊ cleric.†Itẽ no.qđ ꝓ‑ co qui vadit preconizando nõ põt citari in ius.Et iã feci libera ri quendã preconẽ ꝗ fuit capt⁹ pro debito,dũ iret preconizan‑ do in equo ꝑ ciuitatẽ,nõ eñ potuit in ius vocari.Qđ intelli‑ gas nec realiter nec verbaliter,vt tꝑe ꝓconizationis ꝯpareat,
6 ſed ꝓconizatione finita.¶†Itẽ nec ille ꝗ vadit ad funus,põt in ius vocari.Qđ intellige eo.mõ.¶Itẽ not.qđ ille qui hʒ ſtare
7 in vno loco nõ põt citari in alio,⁊ ſic facit†qđ ille ꝗ recõmendaṫ
b in carcerib⁹[b] ꝑ iudicẽ in vna cã non poſſit per alium iudicẽ re‑
8 cõmendari ex alia.Qđ dic plene vt dixi ſ.de cuſt.re.l.ij.Itẽ fa‑ cit ꝙ ille qui eſt in carceribus,ſi citetur,nõ valet nec cẽſeṫ cõtu‑ max,⁊ ſic ꝓceſſus ꝯ eum factus nõ valet ipſo iure.Quod intel‑ lige ſi iudex citãs ſciret hoc,alias eſſet neceſſaria reſtitutio,vt l.queſitum.⁊ ibi no.de re iudi.

ADDITIONES.

a ¶In ius.Circa iſtã materiã vocãdi in ius magiſtratũ,durã te officio,adde qđ ꝓ furto põt ꝯueniri,vide Ro.ſin.dccxci.inci. iudex alle,tex.in ſ.ſi ꝗs aũt cũ gl.i auṫ.vt iud.ſine quoqꝫ ſuffra.
b ¶In carceribus.Adde an ſit citandus,Ang.cõſi.lxv.Pau. de caſt.conſi xlj.Bar.conſi.ccxxxviij.

LEX QVARTA.

Quique. ſ.pretor ait.[Supra poſui quoſdã ꝗ in ius vocari nõ pñt,ꝓꝑ officiuʒ vel aliam cãm ſimpliciter,hic ponit edictum,in quo enu merantur perſone,que in ius vocari nõ pñt ſine per miſſu iudicis,hoc eſt,ſine petita venia.[a]

ADDITIO.

a P.PAV.P.¶Sine petita venia.Uide de iſta materia venie,ꝗ ſcripſi in l.venia.C.de edendo.

ſ. Parentes Modo exponit verbuʒ parẽtes,po ſitum in edicto.

LEX QVINTA.

1 ☞Mater in proiectis ad hoſpitale eſt incerta.
2 Pater naturalis venit appellatione parentum.
Statutum contra occidentem patrem,cõprehendit occidentẽ patrem naturalem tantum.

Quia ſemper. Not,illud qđ đr qđ mater ſemper eſt certa,tñ reperio
1 caſum vbi de iure eſt incerta,†vt in expoſitis ꝗ pro‑ ijciuntur ad hoſpitale,quorũ pr̃ ⁊ mater ignoratur. Et an ſint municipes ciuitatis vel cuius ſint originis,dic vt l.j.
2 ſ.ad munici.†No.qđ appellatione parentũ ẽt cõtineṫ pr̃ natu‑
a ralis[a] tñ.Qđ facit ad queſtio.[b] ꝙ ille qui occidit patrẽ natura
b lem tñ teneaṫ l.Pompeia de parri.vel ſtatuto ciuitatis,quod imponit penã patrem occidenti,ſicut ſi occidiſſet patrẽ natura lem ⁊ legitimũ.Opp.gl.⁊ nõ ſoluit.C.de adul.l.iij.Sol.ibi aliđ l.exprimiṫ.¶Itẽ ibi tractatur de odio,ideo reſtringitur,hic de fauore tantum,ideo nõ reſtringitur,ſʒ ampliatur,vt ſ.đ lib. ⁊ poſthu.l,cum quidam.Et hoc modo intelligo hunc titu.

ADDITIONES.

a ¶Naturalis.Adde poſt Iaſ.inquantũ ponit,qđ ſtatutuʒ de ꝯpromiſſis inter affines eſt fauorabile,ꝯprehẽdat ẽt natura‑ les,Pau.de caſt.cõſi.clxxxiij ⁊ Pet.de Anch.conſi.clxxxvij.
b POMA.¶Facit ad q.Uide Fely.in c.in pñtia.de prob.⁊ c.cũ nuntius.de teſtibus.

LEX SEPTIMA.

Patris Opp.in auṫ.conſti.que de dig.ſ.illđ. Sol.Ibi quo ad fauorẽ filij,ꝗ per di‑ gnitatem exiuerat poteſtatem ſine venia,⁊ hoc dicit, glo.qđ not.⁊ bene.Sed contra hoc eſt quod not.in l. ſenatoris filium.ſ.de ſena.⁊ de hoc ibi vidiſtis.